

publica negotia, necessario tractanda impedimus. Nos ex-
 cludit et Generosi Ordinis Equestriis Mareschalus à nobis
 judicialiter postulavit, ne amplius privatorum cause ju-
 dicarentur, tempusq; ad publica tractanda necessarium
 obsumerent, tum quia conferentia cum Ministris Exter-
 norum Principum atq; per eandem Constitutionem pro-
 nensem designati sumus, appropinquent et diutius longa
 et incommoda itinera immorari hic nos non permittunt,
 ideo continuationem actus Commissionis presentis No-
 strae limitandum esse duximus ad observationem et execu-
 tionem eorum quae sancivimus decrevimus, et Consti-
 tuimus Generosos Consiliarios Regentes Majores et mi-
 nores Capitaneos totumq; Equestrem Ordinem, ac uni-
 versos Incolas hujus Provincia obligamus et ut fidelita-
 tem et obedientiam, et ne alios quam à Regimine no-
 mine Illustrissimi Ducis Electos et Constitutos Officia-
 les et signanter Insuper Nos de Capitaneum Durben-
 sem pro veris et legitimis officialibus iuxta Formulam
 Regiminis et decisiones Commissionales sese gerant,
 Se Re M^{ttis} et Republica iuxta Juramentum suum
 debite servent illis injungimus, justitia quoque Admini-
 strationem Insuper Supremis Consiliariis, tum Insuper quo-
 que Capitaneis majoribus et minoribus serio Com-
 mendamus, quatenus eandem postulantes et injuri-
 atis stato de Jure et Praxi tempore administrant deter-
 mino et cadentia in aliud tempus incidentiam Judi-
 ciorum non differant nec limitent, nec ullis, si quis in
 Contrarium emanaverint mandatis se deterri et inhi-
 beri patiantur ipsis serio sub penis contra negligentes
 Officiales sancitis et ipsa pena privationis Offici-
 orum suorum ex instantia et dilatione cujusvis inju-
 riati in Judicio Se Re M^{ttis} Relationum propriarum
 sine futuro in Termino reasumptionis Commissionis
 vindicanda et decernenda demandamus, ne vero In-
 cola horum Ducatum de Bonis Ducalibus tam feudali-
 bus, quam Allodialibus cum extraneis et potentioribus
 transigere et in eisdem Insuper cedere audeant sub

solutione